Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



num suam aput inopi: et palmas suas extendit
ad paupem. Non timebit domui sue a frigoribus
nuis. Omnes enim domestici eius uestiti sunt
duplicibus. Stragulatam uestem fecit sibi: byssus et purpura indumentum eius. Nobilis in portis uir eius: qñ sederit cum senatoribus terre. Sindonem fecit et uendidit: et cingulū tradidit chananeo. Fortitudo et decor indumentum eius: et ridebit in die nouissimo. Os suum aput sapie: et lex clemencie in lingua eius. Considerauit semitas domus sue: et panem otiosa non comedit. Surrexerunt filii eius et beatissimam predicauerunt: uir eius et laudauit eam. Multe filie congregauerūt diuicias: tu supgressa es uniuersas. Fallax gra et uana est pulchritudo: mulier timens deum ipa laudabit. Date ei de fructu manuum suarum: et laudent eam in portis

Illo t: loquente ihu ad S. math. opa eius. turbas: ecce mater eius et frēs eius stabant foris querentes loqui ei. Dixit autem ei quidā. Ecce mater tua et frēs tui foris stant: querentes te. At ipe respondens dicenti sibi ait. Quis est mater mea: et qui sunt frēs mei. Et extendens manū in discipulos suos dixit. Ecce mater mea et frēs mei. Quicūq; enī fecerit uoluntatē patris mei q̄ in celis ē: ipe meus frr et soror et mater ē. Clemēs pp.